Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26136
Copyright: Admont, Benediktinerstift



43

Smo de sca Maria. Anshalm cantuariensis.

MNIVM DNA .I.
TIBI PERPETVA virgo uirginum
MARIA laudes tibi debemus omnes dicere.
in cuius laudem tamen nos non credimus. immo uere
scimus nos non sufficere. quam illi etiam non suffici
unt laudibus extollere. qui uirginis filium
dm et dnm suum clamant uerbo et opere. et tamen
quamuis indigni simus. debitores autem et indigentes sumus. ut te
dnam nram fateamur et laudemus. Ille enim qui dicit honora patrem et matrem
omnem animam diligit. quem tibi matri sue honorem debitum impendit. nec uult
nec potest sine te ab homine diligi. uel honorari in qua sola solus osten-
dere uoluit dilectionem et honorem quem exhibuit humano generi. Nichil .II.
enim nobis cum deo. nisi te mediante matre et uirgo. Quod notum constat cunc-
tis fidelibus. quia si deus de te non fuisset incarnatus. homo de generali ma-
ledicto non esset liberatus. Vnde toto cordis affectu tua suffragia imploramus.
sine qua nullus. sed per quam solam a solo saluabitur omnis saluandus. Vt enim recte
dnam nram te dni nri matrem consideremus. sicut omnium creaturarum
creatoris matrem nouimus. ita nullam creaturam inuenimus. que in
tui benedicti uentris fructu non habeat suum ut ad premium. ut ad iudicium.
uel ad remedium. Videamus quo singulis quid contuleris nobilis uirgo. an- III.
gelis in celo. hominibus in mundo. demonibus in inferno. Doceas tu ipsa
nos de qua loquimur. dna nra MARIA. et more filii tui ex ore infantium et
lactentium perfice laudem tuam. ut quam pariter scientia et merito uite debent
laudare. dum nos indigni et stulti aliquid dixerimus dignum tui. tanto eui-
dentius constat te nos docuisse. quanto apertius est nos dicenda ignorasse. IIII.
Siquidem non est dubium quia post quam peccatum homo suadente diabolo inimici
erant ad inuicem angelus et homo. sicut unius dni precepto alter obediens. alter
inobediens. Que ut destrueret inter angelum et hominem inimicitia.
electa es tu per electa MARIA huius destructionis materia. Electa autem
es et per electa. quia inter alios electos. electa per alios electis hoc habes. ut
tu prior omnibus in electione. per nullum sanctificandorum sis electa. nullus uero